



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

Series XI. Historici Sacri & Profani, & litteræ Humaniores

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

88 *Juris Prudentia & Medicina*

☉☉ Ab anno 3900. ad 4000. ☉☉

M: Manilius Q. Mut. Scævola, F. Q. Mut. Scævola Q. Auguris F. * M. Junius Brutus, C. Martius figulus, Gn. Aufidius, C. Antistius Labeo senior, juris oracula.

Nicander Colophonius, Asclepiades Pruseus, qui neglectâ Hippocratis medendi ratione novam condidit.

Mithridates Rex Ponti, cujus Medicos libros Pompejus latinè verti mandavit.

☉☉ Ab an. 4000. ad 4053. ☉☉

Appius Augue * Q. Ælius Tubero * Servius Sulpitius Semonia * L. Attejus capito, * C. Antistius Labeo Junior, Jurisperitorum Principes.

Themison Laodiceus Asclepiadis Magistri sectam mutavit, & aliam inter medicos excitavit.

Craterus * Apollonius Crassi libertus * Philoteus Amphissenus * Dioscorides Herophileus * Artorius Augusti Medicus, *Hunc Vasius cum Antonio confundit.*



SERIES XI.

Historici Sacri ac profani, & literæ Humaniores à diluvio usq; ad Christum natum.

☉☉ Ab anno 1657. ad 2039 ☉☉

Utrum

Utrum ante Babylonicam linguarum confusionem litterarum usus repertus fuerit, incertum est.

Ex duabus & septuaginta linguis, quæ natæ sunt in Babylonica confusione, septem superesse censentur, quæ ideo matrices appellantur. Hebraica, Arabica, Græca, Sclavonica, Germanica, Tartarica, Latina, de qua lis est apud eruditos.

Hieroglyphicæ litteræ à Mercurio I. apud Ægyptios inventæ: iis occasio postea data est, Deos pingendi monstrosis animalium formis. *Euseb.*

☉☉ *Ab anno 2039. ad 2300.* ☉☉

Affyriis litterarum elementis à puero affuetus Abrahamus, ubi ad Chananæos accessit, ejus gentis litteris usus est.

Nec earum usum abiecere Abrahami posterii, quoad in Chaldæa captivi prisca Affyrias resumpsere *Huetius.*

Ægyptii artium inventa, & historias describebant in columnis & stelis, easque in specubus asservabant, quos dixerunt Syringes.

☉☉ *Ab anno 2300. ad 2500.* ☉☉

Grammaticam à Pronetheo inventam Græcorum secuti fabulas Svidas & Cedrenus affirmant.

Foy, gentis Rex, Sinenses Characteres
H; uti

90 *Historici Sacri, Profani, &*

uti Kircherus tradit ex eorum monumen-
tis, & Rex Memnon Ægyptiacos invenit.

*Hieroglyphicas tamen litteras ante Athois
sive Mercurius l. invenerat.*

☉☉ *Ab anno 2500. ad 2600.* ☉☉

Moses Pentateuchum & Jobi historiam
poëticè digestam, & Josue in libro cogno-
mine res à se gestas describit. *Interpreses.*

Poësis exortum agnoscunt plurimi in
Mosis & Mariæ cantico post transitum ma-
ris rubri an 2544.

*Zoroastis enim poëmata ab Hermippo illu-
strata supposititia censentur.*

Cadmus Europam sororem quærens, lit-
teras à Phœnicia deportat in Græciã 2596.

☉☉ *Ab an. 2600. ad 2700.* ☉☉

Phœmonoë vates Delphis reddit oracu-
la, heroicis versibus, quorum primus la-
tinè redditus fuisse fertur à Strabone l. 9.
Georg.

*Et pennas volucres, & apes date mella fas
vosq̄ue.*

Olen Lycius hymnos composuit, qui can-
tari solebant in Delo. Herod. l. 4.

Linus Thebanus Rhythmorum & Melo-
diæ apud Græcos inventos, Orphei Magister.

☉☉ *Ab anno 2700. ad 2800.* ☉☉

Sanchoniaton Phœnix historicus post
Moysem antiquissimus, à quo didicit,

Pit-

Litteræ Humaniores ante Christ. 91

Pittherus Thesei maternus avus eloquentiæ primus præcepta proposuit.

Debbora vates & Poëtria, ut liquet ex ejus cantico.

Orpheus Poëta: Carmina tamen illius nomen præferentia merito tribuuntur Onomacrito, qui floruit sæculo 96.

Musæus Hymnographus Orphei discipulus.

☉ Ab anno 2800 ad 2900. ☉

Eloquentiæ tria genera in Menelao Nestore & Ulysse apud Homerum plerique agnoscunt.

Paris Alexander Antrandri sub Ida monte litteris excultus Ceston Veneris scribit. *Athenæus.*

Daphne Tiresiæ filia Poëtria nobilis, cujus carminibus profecit Homerus.

Nicostrata quæ carminibus reddens oracula dicta est Carmenta, ex Arcadia cum Evandro litteras affert in Latium.

A Palamede plures Græci characteres inventi.

☉ Ab anno 2900 ad 3000 ☉

Samueli Judicum & Ruthæ historiam plerique tribuunt, ac si nul partem primam libri, qui Samuel inscribitur §§. *Interpretes*

Davidi, Sacrorum poëtarum principi, præcipuam psalmodum partem adscribunt §§. *Interpretes.* Sya-

92 *Historici Sacri & Profani, &*

Syagrius Poëta Græcus, teste Æliano, bellum Trojanum ante Homerum cecinit.

☉ ☉ *Ab anno 3000. ad 3100.* ☉ ☉

Natan & Gad partem libri primi, & totum omnino librum secundum Samuelis scripserunt.

Dares Phrygius bellum Trojanum ante Homerum scripsit.

Proverbiorum, Ecclesiasticis, & Cantici libri nobilissima sunt Salomonis poëmata.

Homerus & Hesiodus fere æquales: ut habent plures.

☉ ☉ *Ab anno 3100. ad 3200.* ☉ ☉

Jonas propheta scripor rerum suarum.

Asclepiades Cyprius historicus regnante Pygmalione, Quo tempore, quod mirum videtur, scribit ibi usum carniū non fuisse. Videatur S. Hieronym. l. 2: adversus Iovinianum.

Lycurgus ex Jonia primus Homeri poëmata tulit in Peloponesum. Plutarch. in vita

☉ ☉ *Ab an 3200 ad an. 3300.* ☉ ☉

Amos, Oseas, Joël, sua vaticinia scriptis consignant, & quia prophetarum more vaticinijs non pauca admiscunt historica, ideo historicis accensentur.

Omnis Græcorum historia, qua præcessit Olympiades, videtur Varroni fabulosa.

☉☉ Ab anno 3300. ad 3400. ☉☉

Tobias pater & filius librum sibi cognominem scribunt, eâ parte demptâ, sin qua agitur de filii morte. Ita SS. Interpretes.

Liber qui nomen Isaiaë præfixum gerit, eidem jure tribuitur.

Eumelus sive Thymelus Corinthius Bægoniæ & Europæ auctor.

Archilogus Jambi repertor.

Tyrtæus * Alimanius, poëtæ * Megalokratra poëtria.

☉☉ Ab anno 3400. ad 3500. ☉☉

Jeremias * Barach * Daniel * Ezechiel sua vaticinia scribunt.

Liber Judith scriptoris incerti Babylonicæ captivitatis tempore, ut putat *Huetius*

Solon Cicerone teste primus eloquentiæ nomen meruit.

Alcmanius Messenius * Leschus auctor parvæ Iliadis * Terpander * Stesichorus * Sappho * Alcæus * Sufarion Comœdiæ veteris inventor, Poëtæ.

Pisistratus Homeri libros antea confusos sic disposuisse dicitur, uti nunc habemus, *Cice: 3 de orat.* hoc est in Iliadem & Odissæam, ut interpretatur *Ælianus*.

☉☉ Ab anno 3500. ad 3600. ☉☉

Ab Esdra scripti III. & IV. Regum libri & qui

94 *Historici Sacri & Profani, &*
& qui ejus nomen præfert, si priora sex ca-
pita demantur. *Thalmudista tribuunt Jerem.*

Pheterecydes Syrus primus apud Græ-
cos liberâ numeris oratione scribere ag-
gressus.

Mellanicus Mytilen: historiam ornat.

Jones à Persis victoribus fictarum histo-
riarum artem vulgò *Romanzi* discunt & ab
his transit ad Græcos. *Huetius.*

Oratio funebris primò habita Romæ
in laudem Bruti consulis à P. Valer: Pub-
licolâ collega.

Theognis * Hipponax * Anacreon *
Thespis tragœdiæ parens * Simonides qui
memorandi artem invenit * Onomacritus *
Pindarus Poëtæ.

☉ Ab anno 3600. ad 3700 ☉

Herodotus * Thucydides * Cratippus *
Xenophon historici.

Empedocles dicendi præcepta primus
dedit, sed illa Chorax & Tysias postea
vulgârunt.

Pericles * Gorgias Leontinus * Protago-
ras * Lysias * Andocides * Theocritus *
Chius Oratores.

Aristophanes * Sophocles * Euripides
Poëtæ. Cleobulina & Telephilla Poëtriæ.

Dionysius Grammaticus Platonis præ-
ceptor.

Jam.

Littera Humaniores ante Christ. 95

Lamprus & Heus grammatica scripsisse videntur ex Aristotele.

☉ Ab anno 3700. ad 3800. ☉

Hecateus Abderita * Abydenus Palephatus * Parius auctor marmoris Arundeliani, sive oxoniensis Megasthenes (non Metasthenes) Indic: Histori:

Isocrates * Theodectes * Naucrates * Theopompus * Isæus * Demosthenes * Demetrius Phalereus Oratores.

Comœdiæ Athenis veritæ an 3814.

Menander novæ Comœdiæ Princeps.

Quamvis Laërtio teste Plato primus Grammaticã invenerit, certior tamen hujus artis inventor Aristoteles agnoscitur solet.

☉ Ab anno 3800. ad 3900. ☉

Manethos * Philochorus * Berosus * Eratosthenes * Cassias Heminæ historici.

Cethegus Cos: * M. Porcius Cato Tiber * Sempronius Gracchus * Diophanes Mytilen. Oratores.

Poëtarum Plejas, in qua Theocritus * Aratus * Lycophron * Callimachus * Apollonius * Homerus junior.

Prima fabula data Romæ à Liu: Andronico.

Nævius * Ennius * Plautus * Terentius * hisce temporibus claruerunt.

A Bel-

96 *Historici Sacri & Profani, &*

A Bello Punico II, diligentius culta est lingua latina.

Crates Mallotes primus Romæ Grammaticus.

☉☉ *Ab an. 3900. ad 4000.* ☉☉

Q. Fabius Maximus * Servilianus * Calpurnius Piso * Polybius * Alexander Polyhistor. * L. Sisenna * L. Claudius Quadrigarius Historic:

Æmilius Lepidus * Servius Galba * L. Crassus * M. Antonius * Q. Hortensius Oratores.

L. Plotius Gallus, qui primus Romæ latinam Rhetoricam professus est * Hierocles * Apollonius Molo * per quos Cicero profecit. Nicander * Turpilus * Pacuvius * L. Attius Senior & Junior * Lucilius * Q. Atta Togatarum scriptor * Lucretius * Catullus Poëtæ.

Aristarchus Grammaticus.

☉☉ *Ab anno 4000. ad 4305.* ☉☉

Sallustius * Cornelius nepos * L. Aruntius * Cheremon * Diodorus siculus * Cæsar historic.

M. Tullius Cicero * Scribonius curio * M. Antonius Triūvir * Timagenes Oratores.

Elpidius sextus * Clodius Siculus * Porcius Latro Rhetores,

M. Te-

Artes & nova inventa ante Christ. 97

M. Terentius Varro * Archias * Æmi-
lius Macer * P. Virgilius Maro * Horatius,
Domitius Marsus * Tibullus * Propertius
Albinovanus * Aulus Sabinus & alij Poëtæ.
Tyrannio Varro * Attejus * L. Varius *
Plotius * Tuca: Grammatici & Philologi.



S E R I E S X I I .

Artes, & nova inventa à diluvio us-
que ad natum Christum.

Ab an. 1657. ad an. 2039.

NOë primus è vitibus vinum expressit.
Necessitate Magistrâ quæ contra tem-
porum injurias præsidium quærebat, in-
venta est ars ædificandi.

Pictura inventa 100. circiter post diluvi-
um annis. *Vti Saliannus refert.*

Thare Abrahami pater Plastes primus
Simulacra fingit ex creta.

Zoroaster magicarum artium inventor
habetur: falso tamen illi tribuitur liber
Zind, quo Magicos ritus, & ignis colendi
disciplinam ajunt contineri.

Ab ann 2039. ad 2300.

Rudis statuarum origo è saxis informi-
bus, quas statuas Stelarum Cedrenus ap-
pel-